



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria III. post Dom. III. Quadragesimæ. 18. In eo qui peccatorem fructuosè
vult corrigere, tres præcipuè conditiones requiruntur, scilicet, amor,
secretum, & bonitas.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

S E R M O XVIII.
IN FERIAM TERTIAM
D O M I N I C Æ III.
Q U A D R A G E S I M Æ.

Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum.
D. Matth. cap. 18.

1. **C**HARITAS, quæ non tanquam advena, sed velut civis & domestica in corde humano residet, omnino nobis persuadet, ut ex stricta obligationis titulo omnes facultates nostras in beneficium proximi impendamus. Id quod Athenienses ad Legem quandam condendam permovit, qua perpetuæ infamiae nota adirebantur illi, qui advenam vel peregrinum à via recta declinare videntes, eundem in rectam denuò viam non reduxissent, per quam sine impedimento sui posset assequi itineris finem: *Lege cautum fuisse apud Athenienses legimus, ignominia loco gravissimo fuisse notatum, si quis erranti viam non ostendisset rectam.* Imò charitas nos non patitur exemptos esse à subsidio brutis ferendo: Quis enim est qui jumentum aliquod in foveam collapsum videns, illud non molliatur educere? Si quis, statim occurrit, coadjutores vocat, clamoribus instat, stimula pungit, flagellis cadit, injemin. *Quæ sunt funibus trahit, nec ab inceptis fames vel somnus arceat.* Scribit sanctus Bernardinus Senensis. Cum quanto igitur majori charitatis impulsu moveri debet Christianus, ut per correctionem fratris suo subveniat, quando illum à recta salutis via declinare videt, aut in peccatum aliquod lapsum esse conspicit: *Discurre, festina, suscipia amicum tuum si peccaverit, præcipit in Proverbiis suis Sapiens.* Imò si Doctori Angelici co credimus: *Correctio fraterna cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad fratris emendationem: Unde S. Augustinus eos, qui hoc ne-*

gligunt, asperè arguit & reprehendit, dicens: *Tu eum vides perire & nos liges? peior es tacendo, quam ille convitiando.* Ac proinde hoc mane non est mihi animus vos ad hoc eximium charitatis operum præstandum exhortari, ut potè qui omnem aliam orationem persuasivam illius superfluum esse prædico, cum idipsum Salvator noster emphaticè facis in hodierno præcipiat Evangelio dicens: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum.* Sed tantum ad trium circumstantiarum ad hoc tanti ponderis & momenti officium requiruntur observantiam attentos & sollicitos vos esse desidero: *Debet fieri debitis cum circumstantiis, inquit Angelicus.* Ac proinde considerandum est, qualis debeat esse corrector, qualis debeatur haberi corrigendi modus, ac denique quodam tempore faciendis correctionibus sit opportunus. Et quidem in primis quoad arguentem ad quem refertur Ly: *Vade & corripis,* hic debet esse justus & in gratia Dei. Unde S. Gregorius in suis moralibus: *Mundus debet esse à vitio, qui a vitio corrigis, eo quod non bene maculam in alio conspicias oculus, quem pulvis gravat.* Quantum ad modum; curandum est ut adhibeatur benevolentia, benignitas, amor, ac proinde Salvator dicit: *Si peccaverit in te frater, non homo, non procerum tuus, eo quod frater est nomen amoris & charitatis,* inquit S. Bernardinus Senensis: *Quod verò ad tempus attinet, opportunissimum erit, quando solus cum solo fueris: Inter te & ipsum solum, non palam, explicat S. Augustinus, sed in secreto in oculo, ut non fiat aliis manifestus proximi defectus.* Hæc sunt tres perneccellæ corrip-

Pet. Menchinus in Parenesi fol. 8. fac. 1.
Bern. Sen. tom. 2. ser. 3. post 3. Doctrin. Quædrag. art. 2. cap. 3. fol. 254. col. 1. lit. A.
Prov. 6.
D. Thom. 2. 2. qu. 33. co. 2. f. 57. cap. 4.

Ille, alios qui ventat plectere, debet
ipse prius vindex criminis esse sui.

Jacob. Bill.
lib 1 an-
thol 3.

3. David Propheta regius intelligere non poterat, qua fronte peccator aliquis alium delinquentem corrigere audeat; declarare eum se quidem paratum ut à quovis vilissimo & plebejo homine reprehensionem læt. & hilari vultu aufcultet: at verò si peccator aliquis quibuscunque ille sit titulis & sanguinis nobilitate conspicuus illum esset reprehensurus, surda illum aures aufcultaturus. Audite ipsissimam eius protestationem: *Corripiet me justus, vel ut legitur Actus Psal 140. Augustinus: Emendabit me justus & increpabit Augustinus me;* quasi diceret: Rex quidem sum, sed æque *ibid. tom. 8. ac alii, imò plus quam alii peccatis subiectus, a. fol. 353. co. vertat à me Deus, quod me velut aspitem ad al- 3. l. l. tentius monita meos mihi defectus indicantia surdum exhibeam, quantum vis idiota sit & ignobilis, dummodo sit vir bonus, & justitia præfulgeat: Corripiet me justus, & sine ullo humano Genebrav. respectu me reprehendat, nam errorem advertens *ibid. fol. 944. in vita mutanda & reformandis moribus nunquam tardabo. Heus tu igitur, quisquis es (in num. 6. quid S. Augustinus) qui in hoc pietatis officium te ingerere præsumis? Tu tibi esto justus, & in te Idem ibid. esto justus. At verò si in eo, quod est culpabilis, lem esse, corrector & correctus vel corrigendus non differant, tunc correctiones à talibus correctoribus factæ, solum dant irritamenti majoris occasionem: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Discedant à me mali isti, qui potius indigent ut corrigentur, quam ad alios corrigendos sint apti: Peccator es, vindicam te, Augustin. redi ad conscientiam, & am exige de te pœnas, crucia ubi supra. te ipsum, concludit S. Augustinus.**

4. Sapientissimus Rex Salomon, Sanctissimi Patris Filius, margaritæ qualitates & pretiositatem considerans, quam habet quando in focundæ alicujus Conchæ sinu nascitur, obscurum quoddam emblema, sive ænigma, & reconditum axioma formandi occasionem sumpsit, quod postea in Proverbiolorum suorum libro descriptum reliquit, dum ait: *Instrata aurea & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obediensem.* Volens per hanc gratiosam metaphoram unumquemque docere, quod modus, quo margarita nascitur, vel formatur, debeat esse instructio eorum, qui in peccatoris correctionem sese ingerunt: At verò scite desidero, in quoniam hæc similitudo consistat, & in quibus inter se conveniat correctio & margarita.

K k 2. Hac

Handwritten notes in the right margin, including the word "licab" and other illegible characters.

Hæc itaque licet sit matris primogenita filia, suos tamen natales celo in acceptis refert. Vix est in gravida Concha: cunis progenita, cum ecceridens aurora vultu læto ejus solemnizat nativitatem, & ex divite Natura: gaza vivacillimos inuervata caudores, falcias ei exinde efformat. Stella matutina velur favorabile quoddam astrum ascendens? ut vocant, futuras illi vaticinatur dignitates & excellentias, nimirum quod sœvus ille Concha, margarita, futura sit monilium pupilla, gemmarum Phœnix, coronarum pompa, & gloria thesaurorum Monarchæ; quodque metallorum omnium Rex magnæ sibi gloriæ & honoris ducet, posse ei loco scabelli alicujus obsequiosum esse. Hæc igitur excellentiæ quæ margaritæ attribuantur, correctioni quoque dici possunt convenire. Vel etiam quia, ut vult Chrysostomus sic cut: *Qui margaritam habet, novit se divitem esse*, ita quoque infallibilis veritas secutos nos reddit, quod si corrector a peccatore fuerit auscultatus: *Lucratus erit fratrem suum*, vel ut scribit Joannes à S. Geminiano: *Cum margarita incipit generari, si contrarium superveniat, abortum patitur*, volens per hoc nobis insinuare sapiens, quod qui in correctione utitur, minus perterrefaciendo peccatorem, loco partus perfecti facturus sit abortum. Enimvero hæc mea est hæc in re opinio, scilicet ænigma istud hoc modo intelligendum esse, quod licet margarita ad hoc ut in omni bonitate & perfectione sit constituta, requirit ut fiat ex lo sereno, & ab omni nubium caligine libero; unde de margarita factum est Emblemata hoc spiritu vivificatum: *Clarescit aethere claro*. Ita si corrector velit facere fructum & animam liberari, conscientia suæ hinc debet serenitatem, & vivere sine ulla peccati umbrosa nube: *Quisquis enim vult alium corrigere, necessum est ut secum deferat candorem margaritæ: Margaritum fulgens qui arguit sapientem*. Cui opinioni se quoque subscribit magnus ille Mediolanensis Præsul sanctus Ambrosius dicens: *Iudicet ille qui non agit eandem, qui in alio putaverit puniendâ: Iudicet de alterius errore, qui non habet quod nu. 4. fol. in seipso condemnet.*

Chrysost. in cap. 13. Matth. hom. 48. fol. 318. col. 2. Geminian. lib. 2. cap. 7. fol. 93. vol. 1.

Ambros. in Psal. 118. serm. 20. nu. 4. fol. 427. col. 2. lit. E.

Isaia 6.

tilagio non deerit peccatum. Verum etiam quid audio? incipio agnoscere clamantis vocem: Et etenim Isaïas propheta. Ergone ô Prophetæ querularis quod hæcenus taceris? prodesse utique fecisti, potius gloriandum tibi edes, non dolendum: Causa lamenti mei est (respondet Isaïas) quia civitatem incolam peccatoribus inhabitatam, nec mihi eos reprehendere emendare permittitur: *In medio populi palata labia habentis ego habito*. Sed quis est, o Prophetæ, qui veter salutem procurare tuorum? num forte id per Civitatis statuta prohibetur? aut forte metuis quod sermone tuum non fiat ascultatum? aut advesum te rebelles facti contra te insurgent? Nihil horum me ad lamentandum perurget. Quid ergo? *Va mihi*, vel cum Cyriilo, *O me miserum, qui vir pollutus labia ego sum*: quasi dicet: Per hoc solum transgressores reprehendere prohibeo, qui labia habeo immunda. Et vere, id est, hæc est postrema causa cur Isaïas lamentetur, ut scribit S. Hieronymus. *Quia labia habebat immunda*. Quomodo enim alios purificare poterat, qui impura habebat labia censebatur?

6. Factum hoc Isaïa: optimè correspondet cum illo à DEO Hebræis imposito præcepto, prout in Levitico legitur. Audiatis illud verbum nam non minus mylticum est, quam pergenum: *Quicumque maculatus fuerit lepra, habebit os veste contextum*. q. d. Nullus leprosus os aperit & patulum habeat, sed vestis limbo illud semper obturatum & oclusum habeat: Quam obsecro est connexio & correspondentia inter hoc quod est tenere labia obturata vel clausa, & habere membrâ lepra contaminata? Communis quasi est omnium Expositomm opinio, supremum legislatorem hoc loco figurat locutum fuisse, & sub lepra metaphora peccatum intellexisse. Ita Origenes, dum ait. *Lepra generatim significat peccata, & varia species lepra significans diversa peccatorum genera*. Idem quoque S. Cyriilo hæc verbis confirmatur: *Dixerunt igitur primo est, designari per lepram peccata, quæ in hac vita possunt committi. Hæc igitur hæc hic manifestatum mysterium, & apertam propositi dubii intelligentiam, quasi enim diceret Dominus velle videtur: Quisquis se lepra contaminatum esse adverterit, os suum aperit, aut labia ad verba correctionis formidat aperire non aufit, sed ab hoc officio abstineat: *Habebit os veste contextum, contaminatum ac sordidum clamabit*, quia nec immundus purificatus, nec*

continuas mundare alium poterit. Unde o-
 scilicet occidit simpliciter correctorem iustice
 di verbum montali: *Antequam iudices alium de a-*
liquo diffina, volent qui s' strimmanis ab illo, quo-
modo enim lajos subuenit aut erigere eum poteris,
qui ipmet iudicis ad iudicium indiget?
 Ac proinde doctissimus Alcuinus super Ge-
 nesium scribens sequentem movet difficultatem:
 DEUS ob id peccatum terræ maledixit: *Ma-*
ledixit terram opere tuo. Quod si ego te O DEUS
interrogarem causam, cur aqua non maledixe-
rit? sicut te responditur esse, Elementum istud
non commiserit culpam commississe, ac proinde
non commiserit etiam puniri. Et quidem opti-
me ad dicitur veritatem replico, neque ipsam
terram aliquis peccati ream esse, & tamen eam
maledixit esse subjectam, adeo ut non majo-
rem pro aqua, quam pro altera parte rationem vi-
deam, ideoque sicut terræ maledixit, ita quoque
aqua maledicere poterat. Porro huiusce disti-
ctionis intelligentiam facile ex observatione
quædam habere possumus, quam faciunt Francis-
cus Georgius Venetus, & S. P. noster Augusti-
nus. Hi etenim dicunt Evam protonatrem no-
*men Hebraicè *Chavah* vocatam fuisse, quod*
quædam vitæ significationem: vel cum Augusti-
*nam vocavit nomen mulieris *sive vitæ*.*
confero Adam Evæ consorti suæ vitæ no-
men posuit: cur non potius aliud quoddam
nomen ei indidit quod mulieris qualitates viva-
reproprietatem, vel aliquam Evæ proprietatem,
quædam pulchra, modesta, amabilis &c. Scri-
*pura sacra causam reddit dicens: *Eo quod mater**
serpentium viventium, & S. P. N. Augusti-
nam ait: quoniam ista est mater omnium vi-
ventium: quasi tota & adæquata ratio eorum vita
appellatur, ab eo dependat, quod sit mater om-
nium viventium, ut nobis per hoc insinuetur,
quod non potuisset esse nostrum viventium tan-
quam viventium mater dando nobis vitam, si
ipsa in se non eam habuisset, atque ideo appellari
*debetur *Chavah*, id est, ut exponit Franciscus Ge-*
*orgius, *vitam præbens*, ut hac ratione constaret*
illam vitam dare posse, qui vitam habet,
& materem vitæ esse non posse, qui vitam non
habet: Nempe hoc non scriptoris narrantis, vel
affirmantis inquit S. Augustinus) sed ipsius pri-
mi hominis verba intelligenda sunt, ut diceret, quo-
modo hæc est mater omnium viventium, tanquam
matrem & se ipsam causam inferens, cur eam vo-
carerem vitam. Revertatur nunc igitur ad diffi-
cultatem de terra & aqua propolitam. Illa enim

maledicta est, non vero hæc; Et ratio est, inquit
 Alcuinus, quia aqua debebat eligi à Christo Do-
 mino nostro ad lavandum & purificandum ani-
 mas nostras in Baptismo ab immunditia & for-
 dibus culpæ: quomodo autem maculas e-
 luere potuisset, si divina fuisset maledictione
 commaculata? quomodo ipsa nos sanctificare
 potuisset, si fuisset maledicta? ac proinde *Male-*
dicta terra est non aqua, in opere tuo: Terra malo-
dicta non aquis (inquit doctus Alcuinus) quam-
obrem? In aquis enim erat peccatum abluendum. Cen-
do fructu terra contractum. Porro per harum dua-
rum scripturarum paritatem pervenire possumus
in cognitionem illius, quod scilicet impossibile
sit, quod aliquis in peccato mortuus vitam spiri-
tualem recipere possit mediante correctione ali-
*cujus, qui in eodem peccato mortuus est: *Voca-**
vit nomen ejus vitam, eo quod esset mater cuncto-
rum viventium. Quisquis enim immunditiam
culpæ secum deferret, eidem difficile & arduum
erit per correctionis aquam animam fractis puri-
ficare, quæ in peccati luto contaminata jacet.
 8. Cum sponsa cælestis de qualitatibus & li-
 neamentis corporis sponæ si sui interrogaretur, ipsa
 eum mox conata est modo, quo poterat, meliori
 describere, sigillatim per omnia membra, post-
 quam autem colorum vivacitate delineasset or-
 nametum capitis sponæ sui, composituram co-
 matum, oculorum modestiam, genarum suavi-
 tatem, vultus elegantiam, & omnem pulchritu-
 dinem, quæ ad perfectum eximiumque deco-
 rem requiritur, tandem ad labia ejus cele-
 brandi progressa est, illaque sub miris & peregrini-
 nis liliorum & myrthæ metaphoricè ita depinxit:
 Labia ejus lilia distillantia myrtham primam: *Cant. 5.*
 quasi diceret: Sponsus meus omnino pulcher-
 rimus est, ejus prærogativæ singulares sunt, nec
 pares habent, præcipue vero labia ejus sunt veluti
 lilia, nec myrthæ dissimilia sunt. Verum enim-
 vero hanc labiorum cum liliis & myrthæ factam
 comparationem oblitescere; lilia etenim alba
 sunt, labia autem alba & quasi emortua imper-
 fectionem potius dicunt, nam hæc sola suffice-
 rent ad pulchritudinem vultus alicujus deho-
 nestandam, melius illa rosæ, corallis, aut
 rubinis assimilare potuisset. Ad hæc subjun-
 git labia illa myrtham distillare, *distillantia*
myrtham primam, id est, liquorem aliquem
amarum, & amaritudinem quandam gustui
valde displicentem. Dicitur enim myrthæ ratio-
ne amaritudinis, ut exponit doctissimus noster

Alcuin.
 ap. Lippom.
 me. v. cap.
 26.
 Cant. 5.
 A.
 Aegid. ib.
 lect. 12. f.
 12. co. 4. l.
 K k 3
 Aegid.

Handwritten notes in the right margin, including "F. T. T. T." and "medicab".

Egidius Columna. Atque ideo & sponsa, tu quae ipsum laudare nitebaris, cum potius contemnere & abominabilem reddere videris: Non sic te sponsus tuus delineavit, quando data ei occasione tuam staturam omniaque corporis lineamenta adumbrare contendit, siquidem labia tua purpurefecerit esse dixit velut vita quaedam seu ligula coccoea, miram distillantia dulcedinem: sicut vita coccoea labia tua, & ebriquetum rimum dilce. Porro multae hujus adducunt rationes possent, quas brevitas causa petranseo; ac proinde una pro omnibus eaque proposito nostro non inepta responsio sufficiat, nimirum quod dum sponsus amaram correctionis myrrham in sinum peccatoris distillabat, sponsa cum labia habuisse dicat, quae liliorum speciem referebant, id est candida & pura, ad docendum nos axioma istud sive maximam, quod scilicet labia correctoris immaculata semper esse debeant. Sic

Cant. 4.

Greg. Nyss. hom. 14. in Cant. fol. 364. l. B. Greg. Papa ibi fol. 54. c. 1. l. C.

Matth. 17. Matth. 3. Abul. in c. 17. Matth. 4. 90.

appellatur ii (inquit S. Gregorius Nyssenus) qui puri sunt, & ex virtute fragrantiam quandam habent, quique myrrham distillant, qua sine defectu mentem recipientem eam replet. Et S. Gregorius Papa clarius id ipsum explicat, dicens: Quid est, quod labia sponsi lilia esse dicuntur, nisi quod illi per quos Christus loquitur, necesse est, ut mundi sint, & per eos bonus odor aspergatur? de quibus erat Apostolus Paulus qui dicebat: Bonus odor sumus DEO in omni loco, & in his qui pereunt, & in his qui salvi sunt.

9. Abulensis circa personam Salvatoris nostri quando a Joanne in Jordane baptizatus & in monte Thabor transfiguratus fuit, ingeniosam quandam movet difficultatem, dixit enim: In utroque loco tam ad Jordane nimirum, quam in monte audita est vox Patris aeterni: Et ecce vox de nube, quae declarabat Christum esse DEUM, & DEI Patris dilectum Filium: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, cum hac tamen differentia quod in Jordane non fuerint adjuncta haec verba: Ipsum audite, sicut in monte Thabor. Cur ita factum est: interrogat Abulensis. Num quid utrobique idem est Filius, num forte eo tempore quo in Jordane baptizabatur, verbum ejus auscultari non merebatur? Absit. Aut forte quia fidem nondum habebat apud homines? nec hoc afferere ausim. Audite obsecro qualiter Author quidam Modernus & gravis difficultatis hujus punctum egregie tangit. Dicit enim quod Christus in Jordane baptizatus statim representavit peccatoris: at vero in vertice montis, quia Re-

splenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Virum quendam praeferebat candore sanctitatis, & albedine innocentiae resplendentem. Unde per hoc hunc aeternus persuadere nobis voluisse videtur, quod quamdiu homo degit in statu peccati, nec loqui debeat alium corrigendo, nec auscultari; sed tunc tantum id fieri debet, quando est sine culpa, quando resplendet in anima per sanctitatem & albedinem conscientiae, per integritatem motum & bonitatem vitae: Ipsa, usum audite. Talis enim utilis est ad corrigendum, ac proinde ipsum audite: Christus Dominus in huiusmodi quandam peccatoris imaginem praeferebat; in transfiguratione summam praedicatoris sanctitatem repraesentabat: Quo ex discrimine significari voluit aeternus Patens, nullam labem, sed summam innocentiam in eo esse oportere, qui auctori dandus propter naturam.

10. A Gallo gallinacio quilibet modum fructum suum corrigendi discrete non erubescat. Joannes a Sancto Geminiano de hoc animalis domestico scribit, quod dum cantu suo alios dormientes excitare nititur; Prius alias excusato, & latera sua feriens se vigilatorem reddit. Peccati lethargum ab anima sua pellat, quibus illos qui somnio peccatorum suorum soporati sunt, cantu correctionis suae excitare & expurgare contendit: Cum alios verbis sancti exhortationis monent, prius ex tunc se in sancta actionibus, ne in semetipsis torpentes opati, alios ex tunc voce. Et certe quod ratione fieri poterit, quod iustorem convertas, si tu ipsemet ludendo omnia perdidisti quae habebas bona libilia & mobilia, dorem uxoris, immo tuam ipsius carissimam? Quem fructum sperare poteris adhibendo correctionem alicui blasphemus, si tu ipse quavis hora Deo & sanctis ejus maleficus, ipsumque caelum blasphemiarum tuarum fumo denigres? Abi concubinarie & praedando lascivi illius emendationem urges, merito illa verba Evangelii in faciem tibi audis exprobrari: Medice cura te ipsum. Tu vis in justitiam proximi tui carpere, qui per mille-nas usuras mercaris & negotaris, & ad rapinas fovendas verbis, factis, manibus & dentibus tuis uteris? Quid diceres si videres Neronem corrigere valentem de sua crudelitate Lucium Syllam; Michidatem, & Peplomæum, Cambylen, Phalaridem, & Herodem? Nunquid mento ideo dicitur fecit Syracusani, & ingratiudinis ergo

Athenienses reprehenderent, qui Aristidem pro-
scripserunt, qui Dionem a gno rones libertatem
reoperant, miserunt in exilium, eumque epo-
thes ad patriam deponit, revocatum ipsam et vita
exercent? Quid diceret aut cogitaret si videres
Galiam reprehendentem Caligulam de gulo-
narum & Herodem Tarquinium de sua effra-
gitudine. Eodem autem conceptus de eo for-
mante poteris, quia gravibus peccatis constitu-
tus corrigere vult alium peccatorem.

11. Eum vero integrati conscientia & bo-
nitate vix adiungi quoque debet benignitas &
amor compientis. Quia corrigere, ut ait San-
ctus Bernardinus de Senis, idem est, quod cor-
ripere, id est, eo modo frater nosse est corri-
piendus, ut loquendi suavitate ad eum rapi-
dum possis pervenire. Observemus obsecro
modum quo Saluator noster praeceptum istud
condens est usus. Dicit igitur corripere, non vero
corripere. Differentia autem inter duo illa
verba haec est, inquit Albertus Patavinus, quia
corripere proprie includit severitatem & rigo-
rem, at vero corrigere benevolentiam denotat &
suavem: Est praevidendum, corrigere autem
corripere, illa est aut horitatis, hoc charitatis.
Quia ergo Christus proximum charitate me-
tamque volebat, id nobis praeceptum impo-
nendo corrigere, non vero corripere, Praeceptum
illos Moysi ut verbis alloquatur petram:
Non ut ad petram, & illa dabit vobis aquam
viventem eandem virga percussit: Percussit
perca in silicem, & exiit aqua. Unde Deus
inaccessibilis est illi nequaquam in-
venitum esse in re tam promissionis: Quia
non deditis mihi, non introducit hos populos
in terram quam dabo eis. Metebatur profecto
illam mortificatorem Moyses, quia quod ver-
bi impetore poterat, virga procurare volebat.
Pater Oportet hanc scripturam correctioni fra-
trem applicat, dicendo: Moysi similes illos esse,
quod bonis verbis aquam lechymarum e lapide
oculis eicere volentes, mala adhibent & dura
verba. Unde sicut Deus Moysi & Aarone dixit,
quod non percussit, ita quoque (I hri-
stus in Evangelio dicit: Corripere & non corripere.
Sicut Moysi sunt, qui quod verba egere possunt,
ergo & permissis fuerunt, charitate ergo &
non per viam duri corrigere nos oportet, ad il-
los qui volens velivorem habet in corpore, ad il-
los carandum: non deate utitur sed lingua il-
los lauter lingue & lambit: Canum lingua vul-
nus dano legit, sanare, inquit Gregorius Ma-
gus. Quando Christus Apostolos a piscium

captura avocatos ad hominum praedam faciendam
destinabat, voluit ut non hamo uterentur vel tri-
dente, sed rete adhiberent, quod piscem vivum
conservat: Bene apostolica piscandi instrumeta
verba sunt (inquit S. Ambrosius) qua non captos
perimus, sed reseruant. & de profundis ad ju-
men extrahunt, & succumantes de infernis ad ju-
perna produunt. Aurifex vas aliquod aureum in
terram collapsum & constrictum reparare volens,
non utitur maximo quem habet martello fer-
reo, nec gravibus ictibus illud tundit, sic enim
potius magis illud deperderet, quam repararet,
sed ligaeum malleum accipit ex minoribus quos
habet, vasque illud eum dexteritate & leniter
percutiendo seculum & paulatim accommodat &
reficit. Discat ab hoc aurifex corrector, ut pla-
cidè & benevolè corrigendo procedat, tundat
leniter peccatorem, & caveat ne manum aggra-
vet: Vade & corripere eum, sed quomodo, inquit
Sanctus Vincentius Ferretius: Dulter & sua-
viter. Non per minas & severitatem eum aggre-
diendo, Caesar captivus est benevolentia Lucii
Cinna nepotis Pompeii juvenis alias valde faci-
norosi; unde Livia consors ejus dixit illi fertur:
Severitate nihil proficisci: fac quod Medici so-
lent, qui ubi usitata remedia non prestunt, ten-
tant contraria: at vero ubi bonis cum eo verbis
agere coepit, quod severitate non potuit, lenitate
perficit. Aquilo omni adhibita violentia petti-
naciam viatoris superare non potuit, ut pallium
ab humeris illius abripere: contra vero sol ad-
adhibitis illi caloribus suis feliciter de eodem via-
tore retulit victoriam, efficiendo ut non vio-
lenter, sed spontè proprium non tantum exue-
ret pallium, sed & omnia alia vestimenta sua
ab humeris abjeceret; Quo Apologo Plutar-
chus nobis insinuare voluit, ut scribit quidam
Modernus: Quod facilius vincuntur & bene-
ficiuntur hominum ingenia clementia & bene-
ficiorum calore, quam nimia severitate vio-
lencia. Omnes quotquot correctione opus ha-
bent, Basilici proprietate imbuti esse solent.
Haec enim herba talis naturae est, ut si leniter
eam attrahes, quasi manu tua eidem abblan-
diti volens, ipsa veluti benevolentiam & co-
mitatem tuam gratè agnoscens, cum non mi-
nori urbanitate suavissimi eujusdam odoris ti-
bi reddat tributum, at vero si illam convul-
las & conteras: Non solum male olet, sed
scorpis & verna proignit. Inter alia docu-
menta, quae Pythagoras in symbolis suis expre-
sit, unum est istud: Ignem ne gladio fodito, per
quod

*Amb. in
c. s. Lu.
l. 5. f. 432.
co. 1. l. E.*

*Pin. Per
Ser. l. f.
140. co. 4.*

*Amb.
Marl. in
Theat.
polit. c. 3. f.
29. Herm.
Crisostomus
ante vi-
tam Phi-
pamius.*

*Plut. in
apoph.
Amb.
Marl.
ubi sup.*

*Plutar. in
symb. ap-
pau. Ma-
nus f. 25.
co. 1.*

Handwritten notes in the right margin, including the word "licab" and other illegible characters.

quod nihil aliud insinuare volebat, juxta expo-
 sitionem Pauli Manutii, nisi quod magis conve-
 nit blande verbis tunc animi placare. Quan-
 do Spartani moris inter se invicem seditionis tu-
 mulibus ad arma hostilia concurrebant, & alie-
 ni sanguinis sitibundi ad inferendas sibi mutuo
 strages gladios stringebant: Terpanus eis obvi-
 am procedebat non minaci vultu, aut manu ar-
 mata, sed applicatam pectori citharam dulci ple-
 roque tangens suavem aded edidit harmoniam,
 ut concitatos utrimque animos deus sedant &
 composuerit, suavique aura harmonia turbatas
 e furore frontes resereando, suavitet impetra-
 rit, quod furor Martis obtinere non poterat:
Lacedamoniorum animos delinxit. Philippus
 Macedonum Imperator cum toto suo exercitu
 Bizantium civitatem, que nunc Constanti-
 nopolis dicitur gravi obsidione cingebat, cum-
 que proximè ad urbis mœnia pervenisset, Leo
 sophista obviam ei processit, qui cum Phi-
 lippum interrogasset, quo cum tanta homi-
 num multitudine procederet, aut cum ea quid
 facere moliretur, is ei respondit, venio ut
 obsidione Bizantium cingam eamque absoluti
 juris mei esse faciam, siquidem urbem illam
 totius mundi pulcherrimam & famosissimam
 esse censeo: *Patria tua omnium speciosissima
 civitatum in suos amores me facile pellexit, pro-
 indeque ad deliciarum mearum portas adproporo.*
 Cui mox Leo subjunxit: si id o serenissime
 Imperator prærendis, potius utendum tibi fuis-
 set musicis instrumentis, quam bellicis, so-
 no potius, quam strepitu, amore item non
 furore, muscos adhibere debuisses, non mi-
 lites, fistulas non hastas, organa non bom-
 bardas, citharas non balistas atque belli vio-
 lentas machinas: *Neque enim bellica, sed mu-
 sica expetunt organa, qui amori student.* Unde
 colligere possumus, quod si corrector civita-
 tem, id est, animam fratris sui lucrari velit,
 procedere cum eo debeat non cum severitate &
 rigore, sed in omni benignitate & benevolentia:
*Dulciter & charitativè monendo, inquit Ludol-
 phus Carthusianus.*

*Ambr.
 Calepin.
 verb. Ter-
 panus.*

*Col. Rod.
 e. 2. lib. 19.
 f. 434.*

*Ludolph.
 Carthus.
 ibid. c. 7.
 fol. 116.
 col. 1. lit. A*

12. Christus animarum nostrarum Salvator
 per vicos & civitates oberrat, iudat, striga-
 tur, tandem veid ad puerum Sicheu accedens,
 ibidem subsistit & sedet donec mulier quardam
 Samaritana ad eundem locum conveniret, cor-
 rectione quadam mediante aggressus est; at
 vetò oblevare obsecro quam delicate cum ipsa

tractat; Primò enim sitibundum se esse de-
 trans occasionem ei dat egregium erga se charita-
 tis actum excedendi, dum modicum aque illi
 dari exposulat: *Mulier da mihi bibere.* Quam
 illa petitionem mox se accipiens inciviliter ad-
 rem suam ad Christi preces obtulit, imò ne-
 bis facis duris & inurbanis ei respondit: *Quom-
 do tu iudaeus cum sit bibere à me possis, quia
 mulier Samaritana?* Nec tamen ob horum ve-
 borum ruditatem divinus corrector de futuro
 bono eventu diffidit, neque suavitatem in a-
 maritudinem convertit, prout metem videbatur
 incivilis hujus mulieris procedendi modus, sed
 verbis affectuosis, & munerum oblatione e-
 jus conatur captare benevolentiam: *Si scires do-
 num Dei & quis est, qui dicit tibi, Da mihi
 bibere, tu forsitan perisisti ab eo, & desideras
 tibi aquam vivam.* O quam pulchre hic corre-
 rigendi modus! Discite eum, o auditores. Tunc
 enim efficit per adhibitam verborum suavi-
 tatem, ut eam confestim ex superba in humi-
 lem transformavit, inducendo eam ad delibe-
 randam aquam illam, quam ei Christus ante
 spontaneè obrulerat, imò ad eum pellendum
 Salvatorem titulo aliquo honorificentia: *Domine
 da mihi hanc aquam.* Tandem post ut
 præclaras promissiones propius ad con-
 lationem accedit, eam ob scandalosam quam age-
 bat vitam corrigendo: *Quinque enim vici
 habuisti, & nunc quem habet, non est tuam
 quam correctionem protinus secuta est emendo-
 tio, siquidem ab errore suo respiciens, peccatum
 deserit & ad Deum sese convertit: Domine,
 ut video propheta est tu. Cajetanus hujus
 mulieris conversionem suavitati Domini, &
 blando modo quo illam correxit, attribuit
 ibi prius dixerat: Tu modo dicit, Domine inquit
 enim adorare te sum, sed quando? audiam placidam
 repositione ejus, qua ferrum & obduratum cor
 mollierat. Cor ferream, & in malo induratum, dum
 se per correctionem e charitate nata tangi fecit,
 frangitur, & dulcedinis affectu omnino replerit.*
 13. S. Propheta Elizeus mulieris Suanam
 dis precibus permotus Giezi discipulum suum
 ad eam misit, ut ejus filium mortuum resuscita-
 ret: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum
 meum in manu tua, & vide.* Accelerat disci-
 pulus, & inclinata in baculum magistri sui dila-
 tera, in viam se obediens recipit verus Suanam
 civitatem, in qua extinctus jacebat plangens
 mulieris hujus filiolus; a qua cum Giezi in
 cubile

...cubile de fimo pueri sui introductus esset, baculum ubi ab Elifco traditum extincto cadaveri inproposit, verum nullum poterat signum notare, unde sumi conjectura aliqua revivificati pueri pollet, palpebrae enim oculorum immotae manebant, labia veluti plumbum impallescere, color viridis & rubicundus in vultu pueri nequaquam notabatur, membra gelida & contracta jacebant, imò ne illam quidem respiratioem Giezi virtute adhibiti baculi impetare valebat, adeo ut omnis eam in rem adhibita opera vana esset & supervacanea: Non surrexit puer. Elifco autem mox ut rei eventum percepit, ut pulvis desolatae Sunamitidis precibus satisficeret, in propria persona ad eam profectus est. Verum observare obsecro valde, quam dilectus fuerit modus à Magistro adhibitus, ab eoque quem eius adhibuerat discipulus; Nam ipse cubile in quo cadaver jacebat ingressus cadaveri adhaerens, seque quoad poterat diminuendo, vestim super os mortui posuit, idemque fecit quoad oculos & manus, & teneti hujus corporis membra calore vitali reimpuens, in ejusque pectore primitias vitae resuscitans, & mortis amarae tandem esquivit, & brachiis maternis commisit: *Osnavit puer septies, aperuitque eum.* In hoc puero peccator figuratur culpis immensus, qui hunc baculo severitatis & rigoris subdito ad vitam gratiae reversurum efficitur, vehementer decipitur, facilius autem & efficacius idiplum obtinebit, si calor misericordiae & charitatis & verba blanda, suavia & amabilia adhibuerit, sic enim conatibus vota succedet feliciter: *Quia quem dicitur virga suscitare non potest, per amoris spiritum parvulus potest habere,* concludit B. Petrus Damaianus.

14. Patet Lyranus egregiam quandam ponderationem super illa verba instituit quae leguntur in Proverbiis Salomonis: *Quid dilectio mihi, quid dilectio uteri mei, quid dilectio vivorum meorum?* Et postea subiungit: *Quae haec ignavia filii mei?* Et haec opinio dicti Doctoris haec verba a sapientie conscripta, verba esse Beisabeae matris Salomonis, ab ea dicta in casu quodam, quo Salomonem filium suum reprehendere & corripere debuit. Scribit etenim gravis hic expositor Salomonem clarem facti templi Dei in sua temperantia custodiam. Cumque diluculo quodam laeta appropinquasset, qua templum à populo ad decantandas Divinae Majestati laudes adendum erat, ob templi fores oclusas totus populus

Paletti Quadragesimale.

...pulsante fores templi stabat, expectans donec aperirentur, Salomon autem dormiebat. Quod Mater ejus intelligens, cameram sive cubile ejus adiit, non solum ut eum expectaret, sed etiam, ut de sua enim somnolentia corripere, quae eum in servitio Dei negligentem reddebat: aperitis autem cubilis fenestris, lectisque cortinis subductis; affectuosissimis eum verbis alloquitur, vocando eum nunc dilectum filium suum, nunc amantissimum viscerum suorum partum. Cur autem sic dulciter loquitur quia Rex erat? Veruntamen ipsa quoque Beisabea mater ejus erat, quae proinde, seposito omni respectu regio, materna eum libertate & auctoritate alloqui poterat. Enimvero, si mulierem prudentissimam valdeque circumspicam! reprehendere eum debebat, utpote qui pigritia & inertia sua causa erat, cui Dei cultus tardaretur & suspenderet, quia vero sciebat correctionem placidè & suaviter fieri debere, ideo prius eum appellat dilectum filium suum: *Quid dilectio mi? Quid dilectio uteri mei?* ne eum per correctionem sequentem concitaret; postea vero de sua eum ignavia corripit, quia se erga divina obsequia valde negligentem exhibeat: *Quae fuit haec ignavia filii mei?* Circa quod factum Patet Philippus Dierz subiungit, dicens: *Filium suum prudentissime reprehendit, ne illum exasperet, nam etsi illa mater erat, filius tamen erat Rex, & ut ealem illum cum maxima animadversione & prudentia corrigit, missis verbis illum alloquens, vocans eum filium viscerum suorum, & in quo omnia ejus desideria completa sunt. Quae autem de re eum corripit? Nunquid auditis Quomodo tantopere voluptate tradidit, ut Sacrificium & Dravinum cultum impedias.* Porro ex modo quo prudens haec mulier filium suum corripit, quilibet vestrum discat, quo modo corrigere debeat peccatorem. Quem quidem modum quisquis observaverit, animam fratris sui infallibiliter lucrabitur, ejus contrarium utique eveniet, si secus fecerit.

15. Refert Guilielmus Parisiensis, sanctum quandam Eremitam per Sylvas euntem obvium habuisse quendam perditorum motum, & flagitiosissimae vitae virum, quem ut servus Dei vidit, interrogavit eum, quo iret, id tamen verbis asperis & injuriolis ab eo expectit, dicens: *Quo vadis Diabole?* Unde irritatus viator, & ita exandescens subjunxit: *Tu me Diabolum appellas? Diaboli igitur circa*

Phil. Dierz ubi sup. d.

Guilielm. Paris. fol. 3. Domin. 3. Quadrages. fol. 190. col. 1.

Philippus Dierz
ubi supra dicitur
265

re munus præstabo; moxque violentis ei manibus illatis occidit eum. Post dies non multos, in alium quendam Eremitam & Dei servum obvium incidit, a quo perversus hic homo benignis & suavibus verbis saluatus ex amore fraterno interrogatus fuit: quoniam iter suum dirigeret? *Salve mi frater quo vadis?* Ex quibus verbis viscera sibi emollienti sentiens, torus compunctus & pœnitens factus est, verba hæc media fuisse efficaciam ad animam suam, quæ veluti mancipium Diaboli in Sathanæ manibus erat, ab eisdem manibus eripiendam: *Hodie lucratus es animam meam per dulce eloquium tuum.*

Guil. Parisiensi sup.

Seneca de verbo copia. Plutarch. erat. 2. de fortuna Alexand.

Apo. 2.

16. Non quidem co inficias, bonum non nunquam esse, si amaritudo dulcedini, bona verba malis, & severitas mansuetudini miscatur: hoc enim Seneca nos docet, dicens: *Obiurgationi semper blanditia aliquid admisce.* Id quod Alexander Magnus quoque demonstrare voluisse videretur, quando ad honorem Aristonici militis sui statum quandam erigi fecit, quæ ad duas eisdem virtutes alludebat: quia enim generosus miles & citharæodus valde excellens erat, in dextram ei hastam, in sinistram vero citharam collocari fecit. Hasta etenim pungente, & sonoro citharæ instrumento provivus esse debet, quis fratri suo correctionem molitur: nunc enim pungeret debet per severitatem, nunc blandiri per verborum gravitatem, & utroque, pro postulataverit necessitas, prudenter utendum est. Deus in Apocalypsi Evangelistæ Joanni præcipit, ut Episcopo Ephesino litteram quandam satis acerbam exaret: *Angelo Ephesæ Ecclesiæ scribe: moneto illum, quod Deus ille, qui septem stellas in dextra tenet, quique ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.* Postea nihil amplius dicendo filium orationis abruptum, quasi diceret: *Siste, noli scribere, alius tibi conceptus incidit, ipsemet namque tibi litteræ seriem dictabo, scribe igitur: Probe scio opera tua, & labores tuos quos adhibuisti, ut officio tuo in cura pastorali satisfaceres, nec non & patientiam, qua tot sustinuisti contradictiones, quando Apostatas Gentium seductores nequaquam sustinens, nec minas illorum æstimans fallitatem ipsorum manifestam reddidisti, atque pro defensione honoris mei animo intrepido adversitates plurimas libens devorasti, verè ingenium & bonum re Pastorem esse probasti, ac proinde omni dignus es laude. Veruntamen dissimulare non possum, quod desicio quid in tuis factis reprehendendum*

inveniam; fuit enim tempus, quando teceffus ritus & fervor eras, in pectore tuo vitium regina residet charitas, verum eheu quam motes à temetipso mutatas! pœnitentiam age, in futurum serio respice: *Sed habeo ad te, quod charitatem primam reliquisti: manum esto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: postea verò manum admittam mittere & supplicia, nisi à malo resurgas: Manda bo candelabrum de loco suo nisi pœnitentiam operis id est, nisi vitam tuam mutaveris, dignitate Episcopali exueris, atque ab Ecclesiæ regimine deturbaberis: Ecclesiam tibi commissam de manibus regimini auferam, & credam alteri gubernandam, explicat S. Thomas, Videte igitur, & auditores, quam sit ipsemet Deus in hac correctione nis litera scribenda & distanda circumspicienda laudat etenim cum pariter & reprehendit, & quidem hunc esse verum, & ad eliciendum consideratum fructum, secutiorem peccatores corrigendi modum, notat Rupertus Abbas Tuitiensis, dum ait: *Notanda dispositio sermonis quam artificiosa sit: priusquam admittat reprehensionem reprehensionis, qua laudanda erat collaudavit. Et post ubi corripuit, ac nimis invidiam rursum quod laudandum erat laudavit. Id quod fecit quando dixit: *Sed hos habes, quia odisti factum Nicolaitarum, quæ ego odi.* Tandem vero Rupertus concludit: *Misicuisse Deum simul dicit & amatum, benignitatem & rigorem, laudes & minas, hastam & citharam: Ita reprehensionis amaritudinem ne nimis offenderet, atque excerneret, collaudationis dulcedine circumlunior: nihil potest dici melius, idipsum Christum quoque insinuavit cum dixit: *Si peccaveris in te frater tuus, est ergo delinquens peccator pariter & frater peccato igitur vultum severum, fraternitatem vero placidum & amabilem exhibeto.****

17. Verum enim verò quid hæc omnia quantumvis bene observata prodessent, si nulli haberetur in correctione secreti ratio? Est hæc profectò magni ponderis & momenti: nunquid enim audis moentem re Salvatoretem, dum ait: *Corripe sum inter te & ipsum salum: id est non palam, sed in secreto, & innocente, inquit S. Augustinus; qui & postea subiungit: in secreto debemus corripere, in secreto arguere, ne volentes arguere publice, prodamus hominem. Hoc autem intelligendum est de peccatoribus occultis, & non scandalosis, non & de peccato occultis: ita enim nos docet S. Thomas, dum ait: *Institutus est à Domino ordo correctionis fratrum.**

... primo corrigat aliquis fratrem occulte peccan-
tem inter se & ipsum solum; contra quem ordinem
si peccatum praecipiat, ut peccatum fratris occultum
si dicitur, non est obediendum, & ipse peccat pra-
cipiendo, quia oportet magis Deo, quam hominibus
obedire: Verum quidem est, quod contrarium
fieri debet, quoad delinquens est publicus &
scandalosus: Si autem peccatum fratris non sit
ad scandalum, quin multorum scandalum oria-
tur, obligatus est illud revelare ei cui debet; in
hoc tamen casu in praesenti discursu loqui no-
lo, sed tantum in alio, quoad ipsos usque gen-
tes praesentissimè executioni mandatus fuisse
videtur, cujus pulchra historia legitur apud Pe-
trum Crinitum. Claudius etenim Imperator
hunc praetorium quoddam instituit convivium, cui
saepe voluit multos inelytos nobiles, quorum
numerus fuit Titus Junius Praetor; praeterea hic
honorum copiam, pretiosissimorumque vi-
torum apparatus excellentiam, & obiter
hunc praetorium vala argentea nec non crateres
aureos, aliamque in auro & argento suppellecti-
liam in abaco mensae expositam fuisse inanu-
entis & quoad pretium inestimabilem; di-
citur enim Junius ex tota hac suppellectile occu-
latis in vas aliquod direxit, quod tam ex parte
patris, quam ex parte matris, nec non &
genitricum, quibus adornatum & distinctum
hunc praetorium erat, opportunamque se-
cundum naturam esse videns, aureum Scy-
thiarum operis suffragatus est; verum furtum
hunc adeo caute occultat non potuit, quin il-
li Claudius animadverteret. Quid autem im-
petratorem fecisse exitum: Furtum putavit
dignum? Verutamen tacuit, ne defectum
honoris manifestaret, & ne ipsam in tam inely-
torum coronam verecundiae rubore sus-
cenderet. Verutamen audire quam pulchram
hic Imperator excogitavit inventionem. Se-
questi ceteram die novum quoddam instituit
convivium, ad quod eandem profus nobilita-
tem accersivit, quibus mensae accumbentibus
portum dari voluit in Scyphis aureis ex gemmis
& unguibus elegantissimè elaboratis: solum
praecipitur Junio potus daretur in cratere fictili,
terreo & rustico: Et cum singulis vasa aurea ean-
dem gemma & pretiosa in mensa reponerentur, uni
dixit: Tu uno fictilibus ministratum est. Hac
que via furtum correxit, verum modo adeo secre-
to, ut nemo jam convivatam advertere potue-
rit.

18. Verum enim verò historias hae profanas
nos qui Christiani sumus, gentilibus atque paga-
nis relinquamus, siquidem in Scriptura Sacra si-
miles nequaquam delunt, prout expresse vide-
bimus si a convivio Claudii ad cenam Christi
transitam faciamus. Ad hanc namque omnes
vocati fuere Apostoli quorum unus erat, qui in
interiori sui cordis sui Magistro suo proditio-
nem, sibi meriti verò liqueum, quo turpiter ex-
tinguendus erat, moliebatur. Dominus autem,
qui additissimos secretissimosque cordis humani
suis penetrat, ad hoc ut impius hic traditor ab
errore suo respiceret, vitamque suam emenda-
ret, correctionem ei adhibere decrevit, dicendo:
Vnus vestrum me traditurus est. Silete. Ubi su-
mus? Christianus loquitur? Et quidem in mensa?
Quor assident convivae? Duodecim. Cur igitur
ipse qui nobis praecipit, ut correctio inter qua-
tuor oculos fieret, hoc est, *inter te, & ipsum solum,*
cur inquam ipsiusmet praecipit illud non ob-
servat? vos interea aliam mihi enodate difficul-
tatem, quae ad praesentem resolvendam mire mi-
hi deservit. Pondero etenim verba Salvatoris,
quae communiter esse solent mysteriis valde re-
ferta. Ipse ergo dicit: *Vnus vestrum me tradet.*
Cur dicit *unus vestrum*? Cur digito suo non
ostendit quisnam ille sit, aut cur eum proprio no-
mine non exprimit? Neque enim verisimile est,
quod indeterminatè locutus fuerit, ut nemo in-
telligere posset, quisnam traditor ille futurus es-
set. S. Joannes Chryostomus responderet, quod
rameti Judam in praesentia multorum repre-
hende it, attamen correctio illa velut in secreto
fiebatur, & inter quatuor oculos, ut dici solet, eo
quod nomen traditoris expressum non fuerit, sed
tantum dictum sit, *unus vestrum*, neque enim
devenire aliquis poterat in cognitionem, quis-
nam tam enorme & execrabile scelus commissu-
rus esset, atque ideo dicit: *Vnus vestrum, vel unus*
ex vobis: *Ne vulgaret proditorem.* Eiusdem etiam
opinionis S. Leo fuit, dum ait: *Vnus vestrum me*
traditurus est. Non aperta impium increpatione
Leo Papa confundit, sed tacita admonitione convenit.
Hoc ibid apud D. Thom. lectum manifestatum, occultus adhuc & secretus
maneret ipse delinquens. 101. cap. 3.

Math. 26.

Chryso. hom. 1. de Lazaro. ibid apud D. Thom. in Cat. fol. 101. cap. 3.

19. In mente sive cogitationibus S. Josephi
omnia susque deque vertebantur, quando
Sponsam suam virginem gravidam esse videbat,
neque enim finistrum quidpiam de eadem vel
suspiciari, multo minus videre praesumebat,
nec

Handwritten notes in the right margin, including "Math. 26." and other illegible scribbles.

nec aliud ab omni se pravæ suspicionis periculo eximendi remedium excogitare poterat, quam ut moleste & sine strepitu à cohabitatione sponsæ suæ sese subduceret. Dumque in ambiguis hæc imaginationibus perplexus hæretet, posita in dextera palmam gena, suavi somno correptus obdormivit. Interea verò Angelus de caelo descendit, Josephum de Mariæ integritate sincere certitorem facturus, qui proinde claris verbis ei edixit, gravidationem virginæ uteri Sponsæ suæ caeleste non verò terrenum opus esse: *Hæc autem eo cogitante Angelus Domini apparuit in somnis Josephi; Itane Angelusne in somnis ei apparuit quando actualiter dormiebat? Cur non potius ad eum jam exspectatum venit, inquit Chrysostomus: Cur in somnis, & non potius aperiret? Cum tamen Zachariæ, virginæ, & Pastoribus eo tempore Angeli apparuerint, quando vigiles erant. Num forte Josephus, non obstante quod miraculum quoddam esset sanctitatis, pulchritudinem & elegantiam Angeli alicujus facie ad faciem non merebatur videre? aut ex splendore vultus Angelici metuendum erat ne visus Josephi habitaretur? Os Chrysostomi aureum nulli alteri causam adscribit, quam illi cogitationi, quam sibi in imaginatione duntaxat formaverat, quamque nunquam cum actæ, imo (ut ita dicam) ne quidem cum semetipso unquam contulerat: Quod nulli fuerat ipse confessus, sed in elusum tantummodo mente voluebat. Ne ipsomet quidem corporis sui sensus, quantumvis illi chari essent, hujus rei conscius esse volebat, sed timor & turbatio hæc soli imaginativæ potentia suæ nota erat. Atque ideo mirum non est, quod caelestis hic nuntius Apparuit in somnis Josephi. Housque enim motus est, donec oculi, aures, alique sensus obdormivissent, ne oculus Angelum videndo & auris sermonem ejus auscultando suspicionem hanc honoris Josephi, & Mariæ sanctitati multum præjudicantem penetrare possent. Dormiant sensus externi (concludit quidam Modernus) & cum sopiti sunt & ligati, Angelus loquatur imaginationi & animo Josephi, ne sensibus ignorantibus notificetur vel suspecta culpa. Cum igitur Angelus respectu Josephi adeo circumspectus fuerit, cogitare quam quoad rationem secreti cautus esse debeat, qui fratrem suum corrigere disponit.*

Matth. 1.

Chrysostomus. 1. Matth. 1. 2. 1. co. 2.

Didac. Cel. in Iud. e. 8. n. 9. S. 22. n. 84. f. 2. r. 4. co. 1. 6. 2.

20. Enim vero fateor moveri mihi hæc à non-nemiac difficultatem aliquam posse, prima quidem facie satis apparentem, nimirum quod S.

Paulus non doceat omnino contrarium, dum Timotheo discipulo suo scribens ita loquitur: *Peccantes coram omnibus argue.* Ergo nullus haberi debet secreti servandi aut illi confidendi respectus: Videtur igitur quod Dominus & S. Paulus sibi mutuo contradicant, dum unus illorum dicit: *Corripe inter te & ipsum solum*, alter vero: *Coram omnibus argue.* Num vero id quod Magister nobis suadet & consulat, discipulus diffidere præsumet! *Nunquid aliud iudex nuntius, & aliud præco clamat?* (Theophylactus huic difficultati ita respondet) *Hoc est, eos qui in pravitate competeris, pro palam oburgato, non ut iracundiam medearis, sed ut ceteri affectu formidinosi a peccato absterneant.* Cajetanus constructionem hanc non quæ S. Paulus facit, satis intellectu difficilem esse asserit: *Anceps est constructio, an (coram omnibus) referatur ad peccantes, an ad argue.* Si enim referatur ad peccantes hunc sensum facit, eos qui peccant in conspectu omnium, & sunt peccatores publici, *Quorum non oportet accusationem, & testes expectare, arguas punitendo.* Quod si vero referatur ad argue, ita ut hunc sensum faciat, reprehende & Timothee peccatores coram omnibus, tunc vult dicere, quod accusationem adversus eos non admittat, nisi sub duobus aut tribus testibus, consequenter subiungit, quod eos contumaciter in peccato publice puniat, ut ceteri timorem habeant. Hæc est expositio Cajetani. At vero duo Sancti Patres Augustinus & Anselmus dicunt S. Paulum ita intelligendum esse, ut sensus sit, *Peccatum ejus fuerit publicum, reprehende eum coram omnibus:* Si autem fuerit secretum, *si peccaverit in te, id est, coram te, corrige eum.* Timothee secreti, *inter te & ipsum solum.* Audite necesse est doctrinam S. Anselmi, quæ nequicquam à summa doctrina S. Augustini doctrina differt; dicit enim: *Nulla contrarietas est in his duobus præceptis, quia aliquando corripiendus est inter te & ipsum solum, aliquando coram omnibus: illa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius, illa vero arguenda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus.*

21. Hodierna die, quæ correctioni dedicata est, ob Evangelium quod hodie de illa legitur, partium mearum esset hoc charitativum officium erga vos exercere: verum ut ventrem fatear, nescio utri illa magis indigeat, an qui illam negligant, an vero qui eandem auscultare nolunt: hi similes sunt infirmis phariseis.

phreneticis, qui medicam odio habent & medi-
cina abhorrent, postea enim quod Religiosus
ille, vel Pater Spiritus juvenem aliquem dislo-
cavit & peritum corrigere velit, eumque à vi-
ta licentia, quæ toti civitati scandalosa est, de-
terret, mox viâibus illum tumidum & impa-
tientem venenum ex ore, flammam ex oculis e-
mittere, & qui cum patientia te auscultare de-
bebat, insulari apicibus venenose adversum te ex-
ingeret & relinquetur de hisce S. Gregorius Nyl-
phus loquebatur dicens: *Magistris & Doctoribus
reprehendam, liberè officio meo fungor, siqui-
dem soli sumus, quidquid etiam inde sequatur.*
*Vos charitatem contemnitis & laceratis, paupes
eandem à vobis sollicitant, vos autem eos aus-
cultare detrectatis: vos rogo ut id ipsum emen-
detis, efficiatque ut hanc meam correctionem
fructuosam fuisse experiat, manumque loculis
immittendo, liberalem pauperibus distribuat
elemosynam, sic enim vos dociles & corrigibi-
les esse testabimini.*

PARS SECUNDA.

22. **R**estit nunc, ut ea adducamus in medium,
quæ unumquemque ad hoc charitatis
opus præstandum excitare & animare possint.
Multi, pro dolor, hodie inveniuntur, quibus
nulla cura est, in quo statu anima fratris sui repe-
riatur; dicunt enim: quid mea interest, si ve
damnetur, sive salvetur; sive anima illa Deo
sive dæmonis sit, non parum præfitero, si ani-
mæ meæ & filiorum meorum curam habuero.
Si Ecclesia corrumpat, de ejus reparatione Papa cogi-
tet, cura memetipsum tantum mihi facessit
negotii, ut nihil mihi temporis superstiti alienæ
curæ impendendi. Audi igitur quisquis es talia
dicens: si Hebræum vel Turcæm aliquem videres,
licet hi Catholice fidei manifesti sint ini-
mici, qui in proinfectu esset ut in ignem cor-
rueret, nunquid ad illi subveniendum accurre-
res? sine dubio, licet non ob aliam causam,
quam quia opus pietatis esset creaturam Dei ab
interitus periculo liberare: cum igitur anima
fratris tui cespitando insinuet se proximam esse
ut in ignem infernalem labatur, tunc adeo cru-
delis eris ut qui ipsum verbis adjuvare vales, id
tamen abnuas? Per experientiam videmus quod
omnia vel temporis diuturnitate collapsa reno-
ventur, vel ex sinistro aliquo eventu destructa
reficiantur: ædificia labentia aut jam humi
collapsa de novo fabricantur: anni tempora
quæ diuturnitate temporis extra orbitam egredi
videbantur, tempore Gregorii XIII. videmus
reformata fuisse: cur non deformatos fratris
nostri mores & actus mediante correctione re-
parare conabimur. Idem credo Mercurialem
insinuare voluisse, quando dixit: *Hinc factum
est, ut indies cogantur homines obsoleta renovare,
depravata reformare, abilita rescire, tandem
neglectis & deturpatis splendorem restituere, dato
igitur quod frater tuus in culpam collapsus sit,
cur ad eum sublevandum invitus eris? Si de illa*

*Hieron.
Mercur in
arte Gym.
l. 3. c. 8. f.
161. I. C.*

Handwritten notes in the right margin, including the word 'medicab' and other illegible characters.

meatus esse per diem, & firmum simul cum
 igne qui resplendet de nocte, atreos vos esse
 delictos, utambo hac Dei nostri opera tantò
 maius ponderare valeamus: in primo conver-
 sionis miraculo Propheta utitur hac auxeli, ut
 illud hinc terminis magnificentia & gloria ple-
 nius resplendet, dicens: *In die illa erit germen Do-*
mini in magnificum & gloriam, & fructus ter-
re saltem. & exultatio sua qui salvari fuerint de
frat: & verò quando de operibus miraculosis
à Deo factis creando nubes, fumum, ignem &
fulgures, in protectionem suorum loquitur,
completi stylo illa prosequitur, dicendo: Et crea-
ta Domini super omnem locum montu Sion nu-
bus per diem, & fumum splendens ignis flam-
meatus in nocte. Quomam autem oblecto vergit
de loquendo divitias? nunquid magnificen-
tia & gloriam suam a què demonstrat, quando
nocte nova creat prodigia, quam quando pec-
catum cavent, illos ex sceleratis mutando in
bonos. Est quidem opus magnificentum, hoc ta-
men solum opus summam præ se fert magnifi-
centiam, quæ divitiæ possit majestati conveni-
re: aliquid dubio (concludit Carmelitanus mo-
nachus) non magis ostentatur Dei potentia, dum
conversabit ad fidem, eorumque errores expri-
mit in una salute incedant, quam cum nubem
noctis in nocte splendorem in nocte, aliaque in ele-
mentis operatur miracula. Etiam quod si nos
salvum haberemus patrando opera miraculo-
sa, inquam tantum faceremus, quantum sic
deus mediante correctione, anima aliqua à via
perditionis ad salutis portum perducitur, omnium
divinum divinitissimum est cooperari Deo in salu-
tionem nostram.

16. Quid autem de merito quod per corre-
 ctionem acquiritur, & de fructu qui inde repor-
 tatur dicemus: Sufficit fructus ille de quo Chri-
 stianitas: *Si te audierit; lucratus eris fratrem*
tuum. Unde S. Bernardinus Senensis dicit: Vide
quomodo magnus bonum, quia & Deo, & sibi, & ti-
bi, lucratus eris illum, id est, salvabis ipsius ani-
mam, tibi autem comparabis meritum, & Deo
quod gratiam conciliabis: ex unica actione, quæ non
alio quam in verbis affectu & charitate plenis
concordiis, tantum bonum redundat. Verum lo-
quuntur tantum de interesse & commodo pro-
prio, utrite quod ad movendos animos nostros
potentissimum esse solet. Enimvero postquam
frater Jacob in Ægypto grana comparaverant,
tanquam ad patriam denuo appulissent, unus ex

iis Judas nimirum sancto patenti suo Viceregem
 protestatum fuisse dixit, quod nisi reverterentur,
 & fratrem suum minimum secum adducerent,
 nunquam deinceps faciem suam visuri essent:
Non videbitis faciem meam nisi fratrem vestrum
Gen. 43.
minimum adduxeritis vobiscum. Modernus qui-
dam Scriptor verba Josephi vel Judæ Christo
Salvatori nostro applicat, quasi hic dicat: Nisi
per correctionem effeceritis, ut ad me redeat fra-
ter vester commisi erroris pœnitens, per quem
procul à me recesserat, meam in Paradiso faciem
visuri non eritis: Non videbitis faciem meam in
Ostia.
patria beati, nisi fratrem vestrum minimum, id est, Spatarium
peccantem, per minimum designatum adduxeritis in conc. 15.
vobiscum per fraternam correctionem. Formicus sol. 45. col.
igitur nunc argumentum ab opposito dicendo: 1. lit. G.
Ergo qui secum adduxerit fratrem minimum pec-
cantem, videbit faciem Dei in celo.

27. Circa hoc tamen nova quædam difficul-
 tas mihi oboritur, nimirum quod si ad videndam
 in patria Dei faciem necesse est fratris lucrati
 animam: ergo videtur quod si is cui intentata
 est correctio ex sua perveritate nollet redire ad
 Deum, corrector in vanum laborasset, deberet-
 que sine sua culpa reus fieri pœnæ illius, quæ in
 visionis beatificæ privatione consistit, ac proinde
 talis hunc sibi formare posset discutium: Deus
 dicit: *Non videbitis faciem meam in patria beati,*
nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobis-
cum; ego autem per correctionem illum non
converto, & consequenter ad Deum non addu-
co, licet quidquid possibile mihi est faciam: ergo
Dei visione privatus ero? Respondeo igitur
negativè, imò potius remunerari meretur;
lex etenim clara est, quæ dicit: Si quis sileliter ne-
gotium alterius gesserit, dato quod ipsum negotium dig. de stil.
non fuerit suum effectum sortitus, nihilominus po-
test petere expensas. Sic v. c. medicus aliquis facit: tro. §. si
quidquid potest ad curandum infirmum, & ta-
men non sortitur suum intentum cum sanando,
quia mors prævaluit; non ob id potest, aut de-
bet ejus retardari, aut retineri stipendium: idem
est in casu nostro, ex parte tua nihil defuit eorum
quæ ad ipsum convertendum requirerantur,
fecisti etenim quidquid ad animam infirmi pec-
ccatoris curandam facere scivisti: & potuisti, op-
portunum adhibendo correctionis remedium,
& tamen inanis omnis labor tuus exitit, quia
non lucratus es fratrem tuum; ne tamen ob
id diffidas, sed mactè sis animi, quia si non lu-
cratus es fratrem tuum, lucratus es tibi apud
DEUM;

Handwritten notes in the right margin, including the words "F. T. T. T." and "licet", along with some numbers and symbols.

DEUM: *Lucratus eris te ipsum, nec erit merus ut à visione DEI excludaris.*

28. Et quidem quandoquidem pauld ante Medici similitudinem adduximus, ad hoc ut mentis fructum non perdati, necessum est ut Medicum imitemini: Docet itaque Galenus, medicamenta corporalia triplicis esse generis, scilicet unguentum, ferrum & ignis: *Omne auxilium medicinae totius corporis tripartitum est, videlicet unguento, ferro & igne: hæc autem tria hoc ordine applicati debent, ut scilicet prius adhibeatur unguentum, medicamentum nimirum leve, postea ferrum, quod dolentius est, tandem ignis, quod est remedium omnium ultimum; quod si verò nullum ex his juvet, iustum pro desperato habeto: Quod si medicamento curari non potest, ferro & igne curetur: Si autem nec ferro, nec igne curatur, incurabile estimetur: idem in hodierno Evangelio nos docet medicus celestis, scilicet ut primo adhibeamus unguenta: Corripit enim inter cetera ipsum solum. Si hoc non juvat, ferrum adhibe: Si te non audieris, adhibe etiam adhuc unum vel duos; Si ferrum malo medendo non sufficit, minas applica: Die Ecclesia. Si denique vanum fuerit omne remedium: Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Audi nunc conclusionem Ruperti: Medicamentum est occultum & ebullitatio correctio, ferrum proclamatio ignis excommunicatio, vel sequestratio corporalis: & qui nullo istorum trium est curabilis, insanabilis iudicatur.*

Galen in Dynamide apud Virinum lib. 31. natu. r. l. c. 102.

Idem Ibid.

Rupertus Holcot. in l. sap. lect. 198. c. 18. fol. 182.

Augustinus rom. 10. ser. 16. fol. 16. col. 4. Ambr. de Margarit. ser. 6. fol. 190. cap. 4. lit. M.

29. Unum duntaxat verbum pro correctorium saluari mentione adungere decrevi dicendo cum sancto Patre nostro Augustino: *Palam loquor, & in secreto arguo, aures omnium prelofer. sed conscientias quorundam convonio, idque ne veltarum inordinatarum correctionum complexis poenas incurram, siquidem S. Ambrosius opportunè monet, quod quisquis fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur ut peccet; tamen si tu correctoris officium agas, quis scit an non quoque correctione indigeas? In eam domum, quam tu nonnunquam ingrederis, vidisti heri ingredientem religiosum aliquem, vel alium, qui bono sine eo accessit, hodie illum domi suæ convenis, monendo illum, ut ab ea domo*

sibi caveat, eò quod scandali occasionem per se huius ingressum præbeat, multoque ipsi non sine admiratione eo ingredientem vidisse. Verum correctio hæc caritas non est, sed zelotypos, teretis proprium & passio: neque enim movetur à zelo honoris divini, aut salutis animæ illius, sed quia in illa domo solus lubricari desiderat. O quam bene horum naturam Olfas Prothema cognovit, dum illos falso arcui assimilari dicens: *Facti sunt quasi arcus dolosus; quæ similitudine horum simulacrorum correctorum proprie-tas ad vivum exprimitur: arcus enim fallax & dolosus videtur sagittam in dextram partem parere velle, & postea ad vulnerandum egredietur ad sinistram: Similiter tales correctores erina-secus simulant quod sagittam correctionis ad salutem animæ correcti, ad zelum honoris divini, vel ad conservandam famam proximi collentur, cum tamen oculus & intentio eorum in aliud signum inclinet nimirum finem quendam librum particularem, de quibus cum Platenitis dicit potest: *Loquuntur pacem cum proximo suo, quod autem in corâibus eorum.* Hoc igitur est, quod hic mihi dicendum occurrit tam correctoribus, quam aliis correctione indigentibus: Hic liberter correctionem auscultent; illi cum civitate corrigant, observando debitas correctionis circumstantias, à peccato immunes sint, cum caritate verborum procedant, & hoc præcepto oculos habeant, ne peccatoris delictum teneant: sic enim correctio fructuosa erit, opus facient inter omnia quæ Christianus exerceere potest opera dignissimum & gloriosissimum, animam fratris lucrabuntur DEO, suam quoque salvabunt, ac denique illud sibi comparabunt meritum, quod ad celestis gloriæ consecrationem medium est opportunum.*